Resservato sibi jure de deveniendi ad privationem beneficij, si disseere ea quae tenetur

neglexerit,mandando eidem ut in terminis prefatis comparere debeat ad dicendum premissis satisfecisse, aliter ut supra,ipso facto ad penas prefatas incurrat.

Reverendus Dominus Alexander à ghiro (?) exhibendo bullas ordinum suorum,compertum fuit ad eos fuisse promotus sine litteris dimissorialibus,neque post triennium Familiaritatis,servatisque alijs servandis juxta formam concilij Tridentini.

Propterea mandavit ei abstineri ab exercitatione susceptorum ordinum,male perceptorum,donec ei de canonico et opportuno remedio provisum fuerit et hoc sub pena constitutionis pontificiae Pii II latam contra male promotos.

Reverendus Dominus Angelo a Ponte ostendit bullas ordinum suorum,qui examinatus,et sufficenter idoneus non repertus , ab administratkone ordinum arbitrio suo suspendit.

A qua suspensione non liberetur nisi prius approbatus fuerit melius intructus in lingua latina et missarum celebratione repertus sit.

Revrendus autem Dominus Joseph (Justi) Juri ostendit bullas suas,pariterque examinatus,et non idoneus repertus ad administrationem ordinum suorum, ab eorum administratione illum suspendit,donec se eruditus ad illos administrandos ostenderit.

Reverendus Dominus Joannes Baptista Copetus ostendit bullas ordinum suorum,et illas tam confraternitatis Sanctissimi Corporis Christi, quam S.Jacobi de Palludo.

Quae visae, et ei restitutae fuerunt.

Nobilis atiam et Reverendus Dominus Petrus Antonius severo ostendit bullas ordinum suorum et etiam bullas capellae S.Jannis Baptistae et capellae Sanctorum Jacobi et Antonij,quae quidem visae, et ei restitutae fuerunt.

Et subinde etiam ostendit dispensationem ut possit et valeat dictas capellanias sancti Joannis Baptistae et sanctorum Jacobi et Antonij sitas sub eodem tecto in ecclesia sancti Andreae, quoad vixerit. Quam inferius registrari mandavit.

....

PRESCRIZIONI VESCOVILI

Et considerato onere capellae ordinariae;quam obtinet Nob. et Rev. D. Petrus Antonius Severus et precipue chori,ex quo dictus ordinarius debet esse in cantu peritus,et aptus,habitaque consideratione legitimi impedimenti,et precipue debilitatis visus (occhi) eiusdem Reverendi Petri Antonij,propter quod per se desservire non potest,mandavit eidem ut in termino mensis unius debeat provoderi de sufficenti et idoneo capellano tam ad missarum celebrationem quam et ad cantum et chori servitutem.

Quo tempore,nisi providerit,ipse Reverendissimus Dominus Episcopus providebit de dicto idoneo capellano,et assignabit eidem ex fructibus dictae capellae tantam portionem, quanta satis sit pro commodo victu et vestitu dicti idonei capellani reperiendi.

Reverendus Dominus Jacobus Francisci ,canonicus Aquilejensis,et capellanus Altaris Sanctae Mariae,et sancti Laurentij fidem autenticam (antedictam) bullarum sub data die , 2 , junij I559, cum possessione virtute dictarum litterarum huc adepta, nec non ostensis litteris suorum ordinum,quibus apparet ad subdiaconatus ordinem fuisse constitutum.

Cumque capellania seu altare supradictum habeat onus celebrandi missas et desserviendi in choro,et propterea talis capellanus debet esse sacerdos,et eruditus in cantu,eius D.Rev.ma mandavit eidem Rev.do Domino Jacobo canonico aquileiensi et capellano antedictae ecclesiae,ibidem presenti,quatenus in termino mensis unius debeat provideri de capellano ad cantum et alia sua onera idoneo et sufficenti,sub pena assignandi ex fructibus dictae capellae congruam portionem et sufficentem ad reperiendum talem capellanum peritum.

Pro ut sibi ius eam terminandi resservavit et sine prejudicio iurium fisci episcopalis,quatenus dicta capella requireret personalem ressidentiam,quod opportuniori tempore decidens resservavit.

Declarando tamen quo ad personam Rev.di Jacobi qui propter iura Sedis Apostolicae allegata et corporalia impedimenta,pro modo admittitur desservire per substitutum. Quo vero ad eius successores stante obligatione dictae capellaniae declaravit ipsam requirere personalem ressidentiam et chori obligationem.

....

CHIESA DI SAN GOTTARDO

Visitavit etiam Ecclesiam Sancti Gotardi,quam invenit rectam auctoritate Rev.mi Episcopi tunc temporis.

Habet altare majus,quod est consecratum et honorifice tentum.

Nullos proprios habet introitus praeter confraternitatis.

Sunt duo alia altaria,ab utroque latere sita,quae nons sunt consecrata.

Non habet capellanum,licet quam plurimas missas celebrari faciat per annum.

Numerus confratrum est 400 in circa,computatis mulieribus.

Qui confratres solvunt solidos quinque pro singulo, quibus datur panis unus solidorum duorum, et candella una pariter solidorum duorum unumque solidum donatur(moratur) confraternitas,ex quo lucro facit espensas annuatim .

Quae habet etiam introitus frumenti stariorum duodecim in circa.

Habet capitula, et sunt tamquam canonica adprobata.

Regitur a gastaldione, et quattuor consiliarijs, uno sindico,qui gastaldio peracto anno, reddit rationem administrationis suae.

Exercet opera pietatis seppeleindi mortuos et infirmis subveniendi, quos Rev.mus Episcopus paterno affectu, et charitatis studio hortatus est ut velint pro ut pietati et religione aliquem ordinem orandi eligere,officium Divae Mariae,seu coronam illius,

libros vulgari idiomate approbatos in congregatione legere,in alijsque spiritualibus exercitijs se execere ad laudem Dei et animarum suarum salutem.

Demum visis computis dictae fraternitatis anni I584-I586 administrationis Domini Simonis Florij gastaldionis,compertum fuit ressiduum pecuniarum in eius manibus librarum scilicet 293 e soldi 11. Quas pecunias eius D.Rve.ma applicavit fabricae sacristiae,de novo errigendae,nec non mandavit altaria cooperiri tella viridi,qua finitis divinis officijs cooperiantur.

....

Visitans Rev.mus Dominus Episcopus Fraternitatem prefatam Sancti Sebastiani et Rochi Parrocchialis Ecclesiae S.Andreae,cum eius D.Rev.mae non constet errectionem illius fuisse legaliter factam cum auctoritate S.Sedis Apostolicae seu Episcopalis,sic instantibus ser joannuto pessaruto gastaldione,ser Baptista moreto,Domino jacobo de marcis et ser Baptista Ghibellino consiliarijs,eandem cpnfraternitatem eiusque errectionem confirmavit,et auctoritate sua ordinaria comprobavit,perinde ac si ab initio eius errectionis auctoritate Episcopali fuisset errecta, concedendo esidem facultatem vexillum ferendi et se congragandi,aliaque faciendi,quae aliae confraternitates legitime errecte facere possunt cum indulgentia dierum quadraginta in forma Ecclesiae consueta.

Capitula autem eius ostensa fuerunt,et ritui

sanctae ecclesiae non dicordantia inventa fuerunt.

Ministri autem,quibus regitur ets gastaldio et quattuor consiliarij.

Confratres sunt ad numerum ducentorum in circa.

Danta pro elemosina solidos octo pro singulo, et eis datur pannis unus unciarum viginti coctus, et una candella hominibus unciarum unius cum dimidio, et mulieribus uncia unius.

Non habet capellanum.

Introitus eius sunt lire 38;quorum aliqui sunt inexigibiles nec non frumenti star.I e quarte 2.

Inquisivit an sit aliquis ordo orandi,et paterne hortatus est,cum hactenus aliquem ordinem non servaverint,ut in postreum ex eorum pietate et religione,pro salute animarum ipsorum velint in simul congragti,cantare officium Divae Mariae

nec tantum noctis tempore,nec dum divina officia in ecclesia celebrantur,nec non aliquem auctorem ex approbatis in lingua vulgari reductum legere, nec non singulis mensibus confiteri et eucharistiari exercerique se in his quae pertinent ad doctrinam christianam et aliijsque operibus charitatis.

In computis factis per predecessorem gastaldionem Dominum Baptistam Moretum,idem inventus fuit debitor de summa librarum(quadraginta) quinquaginta quatuor ad quas olvendas petiit terminum ad diem decimam quintam juilij proximi sub stante maxime quod dicta fraternitas ets cauta per pignus penes dictum gastaldionem existenti.

Rev.mus Dominus Episcopus dilationem petitam concessit sub pena tamen interdicti impositi à Rev.mo Visitatore,in casu quo non solverit in

reliquis statuta tenuitate redditum et qualitatem
ex rectam invenit administratione.

....

DECRETI PER I CAPPELLANI ALTARISTI

Mattheus Dilecto nobis in Christo Reverendo Domino Presbitero Nicolao venchone (?) clerico concordiense et capellano altarium sancti Laurentij et sanctae Catharinae sita in cathedrali maiori eccelsia sancti steffani(Stephani) salutem in Domino.

Eamdem ecclesiam majorem concordiensem visitantes comperimus tum ex fide digniore informationem tum ex visione fundationis dictae capellae rectorem eiusdem teneri et obligatum esse ad personalem ressidentiam per se celebrandum et in dicta ecclesia desservienda, et pro ut latius in dicta fundatione,quo tuo onere predicto non obstante,nec tunc per te ipsum ut tenebaris vere etenim necessarium per aliud predicto onere satisfacere jurasti,cum animae tuae

detrimento et diminuitione cultus divini.

Quapropter quantum in Deo possumus invigillantes ut in ecclesiis onus quisque sua debita exsequatur obeservare srie per litteras nostras,te requisimus et monemus quantenus in virtute sanctae oboedientiae et sub excomunicationis poena,nec non privationis dicate capellae debeas in termino dierum quindecim quarum quinque pro primo,quinque pro secundo et alios quinque pro tertio escluso et peremptorio termino,tibi assignamus ad dictam ecclesiam sancti Stephani accedere et altari tuo in eo sito per te ipsum desservire.

Alioquin dicto termino transacto te citamus coram nobis seu reverendo Vicario nostro pro die prima ferialia in mediate sequenti post dictum terminum si tu nostris mandatis oboedire neglexerit.

Ad reincidendum per nos sive per vicarium nostrum, iure procedi contra te ad paenas previsas vel ad dicendum causas si quas ligitimas habes, quare nos ad premissa devenire non debeamus.(I)

Portusgruarij die 3 junij I586

I) Le lettura di questo decreto è particolarmente difficile,poichè lo stile curiale nelle sentenze è molto contorto e con continui segni di abbreviazione.

....

Mattheus,dilecto nobis in Christo Reverendo Presbitero Donato Cornelio capellano altaris sub invocatione Nativitatis Beatae Virginis,siti in ecclesia S.Andreae Portusgruarij maioris concordiensis diocesis salutem in Domino.

Non nisi moleste accepimus in visitatione nostra quam prosequivimus invenisse quod ut supra dicto altare ex clara historia fundationis instrumenti ter in hebdomada predictam celebrationem teneris.personalem.

Quo oneri tuo et obligatione non obstantibus Venetiis continue commorari presumis per substitutum celebrari faciendo contro instrumenti piam voluntatem quam executioni demandare pro officij tam debita intendentis presentium tenore valvis dictae ecclesiae S.Andreaenad quam ressidere tenearis affigendarum, te citamus,requiramus et monemus,quatenus sub pena privationis medietatis fructuum pro prima

vice, ac aliarumque penarum subsequentius juxta formam Concilij Tridentini in termino dierum triginta,quod tu debeas ad dictam ecclesiam accedere ad ter. in hebdomada prescriptam personalem celebrare juxta mentem testatoris.

Aliquin dicto termino transacto, et te personaliter non parentem,seu aliquid canonico impedimento quod recedere non allegante ,procedemus, auctoritate nostra episcopali,seu procedi mandabimus ad penas prefixas nec non ad alias graviores non ressidentis,a jure et sacra tridentina sinodo inflictae tuae contumaciae,in aliquo non obstante(I)

Datum,Portusgruarij die 3 junij I586.

I) Anche in questo decreto la lettura è particolarmente difficile.

....

Mattheus dilecto nobis in Christo Reverendo Domino Suetonio Canevalis canonico concordiensi et capellano altaris S.Pauli primi heremitae siti in ecclesia S.Andreae Portusgruarij maiorem concordiensis dioecesis,salutem in Domino.

Visitationem a nobis Deo favente inchoatam prosequentes , comperimus tam ex fundatione dicti tui altaris quam ex fide dignorum informatione te antedictum capellanum teneri et obligatum esse ter in hebdomada supra dicto altare personaliter celebrare.

Propterea volentes piam testtoris voluntatem pro nostrum officij debito exequi, tenore presentium P.q. i. n. personaliter sive domi presentandarum, te requisimus ac monemus quatenus sub poena privationis medietatis fructuum,pro hac vice debeas in posterum per te predictum officium oneri tuo

predicto satisfacere non autem per substitutum, juxta testationis disposition e.

Tibi autem ad docendum mandatis nostris in premissis paruisse terminum dierum quindecim assignamus.

Alioquin dicto termino transacto.Te que de paritione tua non docente,earum tenore te citamus requirimus et monemus pro prima die iuridica post dictum terminum immediatim sequenti ad videndam, declarari te incursum in penas prescriptas;necdum ad alias graviores non ressidentibus a jure et sacra tridentina sinodo inflictas tua contumacia, non obstante. Insuper pariter te monemus Episcopali facta translatione,quae his diebus fienda est ad eandem predictam ecclesiam S.Andreae,duo sub eodem tecto beneficia a te possidebantur,canonicatus et capella predicta,quae sine dispensatione apostolica eodem sub tecto ipso jure teneri non possunt.

Jure mandamus ut in termino duorum mensium post factam translationem,debeas tibi de dicto dispensationis beneficio providere. Alioquin procedemus contra te ad dimitti,faciendum alterum ex predictis beneficij,ratione prefata incompatibilubus. sic ...

Portusgruarij die 3 junij I586.

....

CAPITOLO TERZO

SAN NICOLO' DI PORTOGRUARO

.............o............o.....

SAN NICOLO' DI PORTOGRUARO

Die.3.Junij. I586.

Prosequendo visitationem suam, idem Ill.mus et Rev.mus Dominus Episcopus accessit ad ecclesiam Sancti Nicolai extra muros dictae terrae Portus-gruarij, ubi audita missa celebrata a Rev.do Domino Ercule Serotino plebano, tam in ecclesia quam super cimiterio officum defunctorum celebravit et postmodum

Visitavit Sanctissimum Sacramentum Eucharistiae, quod repositum invenit in tabernaculo argenteo honorifice tentum.

Mandavit nihilominus de subtus adaptari corporale supra quo iaceat Sanctissimum Sacramentum,et alio consimili cooperiri.

Jussit etiam tabernaculum ligneum intus ormisino ornari ad majorem honorificantiam et decorum.

Visitavit fontem baptismalem,et jussit desuper fieri ciborium,et supra eo,tellam adaptari.

Vidit etiam olea sancta in vasculis argenteis honorifice tenta.

Vidit sacristiam in qua reperitur duo calices, alter argenteus , alter cum cuppa argentea et pede aeneo aurato,cum suis patenis argenteis.

Dicta die de prandio.

Reverendus Dominus Presbiter Hercules Serotinus ostendit bullas suas tam ordinum, quam beneficij sui,quae visae,ei restitutae fuerunt.

Introitus autem dicti beneficij ascendunt ad ducatos octuaginta in circa,licet in alijs visitationibus majoris valoris esse compertum(fuit) fuerit. Quos introitus exigit ex quartisio vulparij et campei eu suburbij Sancti Nicolai.

Libros tenet eorum qui matrimonium contrahunt cum annotatione diei,loci et personarum pariter,et baptizzatorum. Qui mandavit ut etiam librum confirmandorum tenens modo et ordine dando ab eius Rev.ma Dominatione.

In dicta ecclesia nulla est confraternitas et ad interrogationem factam an altare sit consecratum respondit eandem inquisitionem factam fuisse a Rev.mo Visitatore,et ex quibusdam signis crucium rubrarum (croci rosse) tentum fuisse quod sit consecratum,et propterea mandavit tellam ceratam emi et imponi ad signum consecrationis.

In qua visitatione habita consideratione rerum quibus presenti die ecclesia indiget,alijs ad majorem temporis opportunitatem delatis mandavit fieri infrascripta.Videlicet... Tabernaculum ligneum intus circumvestiri panno serico.

Fontem baptismalem elevari altius(per) de pedibus,et super eo ciburium construi cum conopeo telle viridis.

Ordinavit autem intus construi armariolum situm in parietès sacristiae pro conservandis sacris oleis.

Provvideri insuper iussit de alia parva pixide argentea in qua sanctissimum Eucharistiae sacremntum possit ad infirmos defferri in necessitatibus ratione distantiae loci;et aeris intemperie.

Et si presentis anni redditus patiantur provvideri mandavit etiam de umbrella, et haec omnia fiant in termino st. memoriarum sub pena curato quantum negligens fuerit;supensionis a divinis ad arbitrium Rev.mi Episcopi,et hominibus secularibus interdicti.

Visa fuerunt computa administrationis fabricae dictae ecclesiae,quae recte tenta fuerunt,invenit.

CHIESA DI SAN CRISTOFORO

Die.4 . Junij. I586.

Prosequuendo visitationem suam,visitavit ecclesiam S.Christofori de eadem terra ubi audita missa celebrata a Reverendo Priore,et facto defunctorum officio,tam in ecclesia,quam in cimiterio.

Visitavit Sanctissimum Eucharistiae sacramentum in tabernaculo argenteo repositum,et honorifice tentum invenit.

Vidit et olea sancta similiter in vasis argenteis recte et honorifice tenta.

Visitavit deinde fontem baptismalem qui est absque ciborio, et illud fieri jussit,et cancillis ne laici accedere possint circumsepiri mandavit.

Visitavit sacristiam,in qua nonullas reliquias invenit in quasdam capsela lignea rubra.

Et inventarium fieri mandavit.

Accesit ad altare maius sub invocatione sancti Cristophori,quod est consecratum satis decenter ornatum.

Est etenim fraternitas SS.mi Corporis Christi et decrevit videre computa illius.

Gastaldio est Dominus Julius Laureus.

Est aliud altare sub sancti Laurentij fundatum a quondam Domino Francisco Nigris,quod non est consecratum.

Ab alio latere chori est aliud altare non consecratum sub invocatione sanctae Barbarae,quod non est consecratum,supra quo noncelebratur, quia etenim est ligneum.

Ab altera parte est aliud altare sancti Jacobi,non consecratum,quod habet confraternitatem et illius gastaldio est Dominus (ser) Daniel Pascutus.

Propterea decrevit illius computa videre.

....

INVENTARIO DELLA CHIESA DI S.NICOLO'

Inventario delle robbe della chiesa di San Nicolò extra muros.

Una croce di metal la quale si pone sopra il tabernacolo.

Dui candellieri de lata et dui de ferro.

Un turibolo et una navicella di lata.

Tre lampade de lata.

Dui gione da torzi.

Dui calici uno tutto d'argento,et l'altro la coppa solamente.

Due patene de argento.

Una croce de legno.

Uno ceroferal di legno,et corno indorato con la coperta di tella verde.

Tre bossoli d'argento con li olij santi.

Dui messali.

Un secchiello de rame.

Una pianeta de damasco cremisin con stolla et manipolo et il suo camisotto de tella di lino assai competente.

Una pianeta de ormisino bianca,con stolla manipulo et camise.

Una pianetta senza navantina(?) con stolla manipolo et camise,vecchia.

Una pianeta de panno paonazzo con stolla manipolo et camise di meza vita.

Cinque tovaglie.

Dui antipetti d'altare vecchi et antiqui.

Tre altri antipetti di bombasina di meza vita.

Uno per l'altare grando,et gli altri dui altari.

Mantilli nove,item altri nove mantilletti stracciati.

Un tapedo.

Una cesta da tenir li candellotti del SS.mo Sacramento.

Una coperta della pulla di tella negra.

Dui altti coperti per 4 altaretti.

Un bossolo da tenir le hostie.

Una bariletta da tenir il vino per le Messe.

Libri cinque de conti

....

ENTRATE DELLA CHIESA

L'ntratta di detta chiesa è:

Formento stara 8 e quarte 3.

Vin orne 5 e secchi 3+½.

Formento alla parte stara IO e quarte 3 e mezza.

Fitti de case lire I25.

....

CONFRATERNITA DELLO SPIRITO SANTO

Confraternitas Spiritus Sancti inventa fuit legittime errecta,et superioris auctoritate.

Nulla tamen capitula,neque ordinationes habet.

Propterea fieri mandavit ut ea sibi exhiberi,ut ea a sua D.Rev.ma parrobertur.

Regitur a gastaldione et consiliarijs.

Habet confratres inter mares et mulieres ad numerum ducentorum.

Dantque pro singulo de elemosina solidos sex.

oo•••••o•o••••••••••••••••

NOBILE DON GIUSEPPE di ZOPPOLA

Coram Illustrissimo Domino Episcopo comparuit Nobilis et Reverendus Dominus Joseph de Nob. Zappola abbas fana nec non capellanus Sancti Marci in parrocchiali ecclesia sancti Andreae.

Et habita notitia edicti publici affixi,quod obtinentes beneficia in ecclesia parrochiali sancti Andreae comparere debeant ad docendum de titulo eorum et de jure patronatus, si quod presumendum esset (?).

Cumque jus patronatus,quod obtinet familia sua Nobb. DD. de Zoppola probari non valeat ex fundatio, dotatione, aut alio documento publico,quia numquam super hoc titulo juris patronatus potuit invenire scripturas,et jura fundationis dotationis,aut alterius tituli,sed tantum jus suum probare intendit

ex presentationibus et quasi possessione juris presentandi,propterea instetit sibi assignari terminum competens ad probandum, et docendum de dicto eius titulo ex presentationibus ipsis ad octavam.

Qui Rev.mus et Ill.mus Dominus Episcopus terminum petitum concessit.

....

PRESENTAZIONE DELLE BOLLE DEGLI ALTARISTI

Die . XI . Mensis junij. I586.

Coram Illustrissimo et Rev.mo Episcopo et Visitatore supradicto.

Comparuit M.et Rev.dus Dominus Joseph ex Nobb. Zoppola abbas fannae et capellanus altaris sancti Marci,siti in parrocchiali ecclesia sancti Andreae de Portogruaro,et in termino sibi assignato ad docendum de jure patronatus dicti altaris,in verbo veritatis asseruit ommnem adhibuisse diligentiam pro reperiendis instrumentis fundationis,seu dotationis,quae propter temporum iniuriam et incendiorum olim in dicto castro de Zoppola saecutorum,reperire minime potuit.

Attamen ad docendum de de dicto jure, eius familia jura patronatus exhibuit litteras,seu bullas sui predecessoris institutionum et confirmationem ad presentationem vero de sua familia facta continentes usque sub anno I5I2.

Et pro ut in eis,nec non litteras ducales suae possessionis in dicta capella mentionem dicti juris patronatus et suarum bullarum facientes, quas obtulit etiam officium presentare,nec non processiones alias sub anno I5I7,fabbricatum occasione controversiae inter compatronos tunc orta,ex qua apparet enim per multos antea de dicto jure patronatus.

Propterea instetit dicta jura producta admitti, seque illis stantibus licentiari.

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Episcopus premissis auditis,visisque juribus ut supra productis,et admissis proinde,et sine prejudicio sedis, quatenus in eius favore aliud in contrarium repertum fuerit, tam circa naturam beneficij quam oneribus illius,de quo onere cum nulla firma haberi potuerit informatio,decrevit eam habere a predicto Reverendo Domino Josepho uti verissimilem, informato previo tamen juramento de veritate dicenda.

Et cum his licentiavit pro nunc predictum Reverendum Dominum Josephum.

Et subinde eidem delato juramento, qui (tactis SS.EVangeliis) tactis(?)sanctae crucis, deposuit,se nunque aliam habere notitiam oneribus praeterquam celebrationis missarum duarum in una hebdomada unius autem missae altera hebdomada,et sic altera notitia successionis,chori obligationem,seu aliud onus habere dixit nullam unquam habuisse scientiam.

....

Die.17.Mensis Junij.1586.

Coram Illustrissimo et Reverendissimo Domino et Visitatore supradicto.

Comparuit Magnificus et Reverendus Dominus Livius Capriaco capellanus Altaris Sanctae Catharinae sancti Andreae Portusgruarij,et certioratus ad comparendum coram eius D.Reverendissima,uti filius oboedientiae personaliter comparuit ad suam Dominationem Reverendissimam intelligendam sic,

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Episcopus requisivit ab eo post alia,bullas sui tituli ordinationumque suarum,qui dixit secum non habere,quia de hoc non fuit certior factus offerens

se tamen se eas ostensurum.

Mandavit eidem ut dictas tam tituli,quam ordinum suorum bullas ostendere debeat in termino per totum mensem julij,et ut interim consultius possit provvidere supra onere strictae suae capellae exequendo legi eidem fecit testamentum fundationis nec non partem captam in consilio huius magnigicae comunitatis,ex quibus apparet ipsum teneri ad personalem ressidentiam et per se desserviendum propterea debeat in dicto termino b. consultus comparere sic.

....

Die vero.I9.Junij.I586.

Coram Illustrissimo et Reverendissimo Domino Episcopo Concordiense in visitatione existente.

Comparuit Reverendus Dominus Nicholaus Ronchonus rector altaris Sancti Laurentij siti in ecclesia cathedrale sancti Stephani concordiensis,et in termino mandati hodie candenti,quo mandatur ei ut ad dictam ecclesiam se transferat personaliter et ressidentiam ad desserviendam ,et pro ut in dicto mandato dixit namque habuisse notitiam fundationis mansioneriae nominatae in dicto instrumento munusque iniungi scivit se ad personalem ressidentiam teneri pro ut nunc obligatum esse credit,si autem

eorum sicut ei ostensum fuerit censa respondebit propterea instetiu licentiari,offerens se per alium satisfacere oneri dicti altaris,scilicet.

Rev.mus Dominus Episcopus premissis auditis, mandavit fundationes dicti altaris predicto comparenti legi,concedendo etiam eidem copiam quarum , cumque velit quod de dicta fundatione clare constari ultro teneri per se celebrari missas tres in hebdomada et ultra illas desservire in ecclesia ita urgeatur ut Reverendo capitulo ideo stante dicta voluntate fundationis et donatoris,monendum in facie ut voluntati donatoris inherendo debeat ad dictas ecclesias personaliter se transferre et per se ipsum desservire ...

Audito tenore fundationis ,Praedictus Dominus Nicholaus instetit sibi copiam dari et consultius

respondere valeat cum termino per totum mensem julij, et licentiatum fuit.

Qui Rev.mus et Dominus Episcopus copiam cum termino petito concessit, eidem mandando quod dicto termino providere valeas, aliter procedere vel procedi mandaverit pro ut juris sunt.

....

Die.25.Junij.I586.

Coram Illustrissimo et Rev.mo Domino Episcopo.

Pro Reverendo Domino Suetonio Canevalis canonico Concordiae, et capellano altaris Sancti Pauli Primi Heremitae siti in parrochiali Ecclesia Sancti Andreae huius terrae,idem cum spectabile Pagano advocato comparuit e dixit sibi iniunctum fuisse veniendum ad hanc sedem diei 3, inotatis, et quia ad hoc duo gravatur pro modo comparet sine prejudicio ceterorum jurium suorum,et quo ad jussionem quod presentiari habeat celebrare supra dicto altare instetit terminum in illa parte de suprascripti gratia differri,ut humiliter petit per totum mensem julij proximi venturi,ad hoc ut interim rebus suis consulere possit.

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Episcopus,his auditis,terminum petitum distulit et prorogavit.

....

Die. Veneris.4.Julij.I586.

Coram.....

Pro Reverendo Domino Donato Cornelio capellano altaris sub titulo Beatae Mariae siti in ecclesia S.Andreae,pro quo ecelens Palladius comparuit et instetit terminum sibi prorogari per totum presentem mensem de mandato ubi iniuncto sibi,sub die 3 junij. Cum ad presens dictus Reverendus Donatus non sit sanus et non possit accedere ad utendum de juribus suis ad hoc ut interiri posset quoque consulentibus suis.

Reverendus ac excolendus Dominus Vicarius premissis auditis, terminum prefatum periter mensem concessit.

....

Die.Veneris.I8.Julij.I586.

Coram Rev.do Domino Vicario...

Comparuit ex.mus Fiscalis et accusavit contumaciam Nob. Rev.di Domini Petri Antonij Severi non curati in termine eidem prefixo provvidere de capellano idoneo et in cantu perito iuxta decretum, et in ea instetit ex officio saltem provvideri et (desserviri ad) deveniri ad assignationem congruam positionis iuxta formam decreti, seu aliter provvideri juxta et pro ut magis de jure inveniri videbitur ipsi Reverendo et ex.mo Domino Vicario, et haec dixit cum protestationibus omnibus et singulis de jure et stillo protestari solitis.

Ex.mus Palladius pro dicto Reverendo dixit eumdem esse absentem,sed cito rediturum, ipse petijt terminum prorogari in statu et esse suo ad secunda.

Rev.dus et Ex.mus Dominus Vicarius terminum petitum concessit.

....

Comparuit , et ex.mus Fiscalis , et accusavit contumaciam Rev.di Domini Jacobi De Franciscis non curati provvidere de coadiutore altarista, sive capellano suae capellae, de qua in actis, et decretis, et in ea instetit provvideri in ipsius contumacia,ne altare et ecclesia patiatur cum congrua assignatione fructuum juxta formam dicti decreti, et est provvideri pro ut magis convenire iudicabitur.

Ex.mus Palladius pro dicto Reverendo terminum petitum prorogari in statu suo,et esse ad secundam.

Concessit.

....

Die Veneris.8.Augusti.I586.

Coram.....

Pro Reverendo Domino Suetonio Canevalis, canonico concordiensi et capellano altaris Sancti Pauli Primi Heremitae siti in parocchiale ecclesia sancti Andreae huius terrae, qui comparuit cum ex.mo Palladio in causa mandati sibi iniuncti sub die 3 junij proximi praeterriti.Produxit scripturas tenoris ut in ea instando fieri, et declarari ut infra.

Ex.mus Brutus Fiscalis condicendo passibus puntis et articulis prejudicialibus quin exequatur mandatum copiam sibi dari petit cum termino ad consulendum,respondens ad primam.

Cui

Pro Reverendo Domino Donato Benellis,qui cum ex.mo Palladio eius advocato comparuit , de respondendo a sexto mandato iniuncto quod prescriptum Reverendum uti capellanum altaris nativitatis Beatae Virginis siti in ecclesia sancti Andreae de Portogruaro produci scripturas,instando admittit et ut in ea fieri et declarari.

..................°....

Ex.mus Brutus procurator fiscalis condi-scendendo passibus punctis et articulis particu-laribus instetit produci deberi testamentum fundationis (fundatoris) capellae ut inde servatmis servandis procedi valeat et officia dicta predicti fundatoris voluntatem consequantur et ad hoc copiam sibi decerni esset scripturam productam cum protestationibus omnibus.

Cui decreta copia ad eandem alteri parte ad producendum testamentum.

....

Pro Reverendo Domino Suetonio Canevalis canonico et capellano,ut supra idem in presenti causa suum constituit procuratorem ex.mem Palladium presentem et acceptantem in forma et cum austoritate jurandi et sustinendi in forma presentibus hieronimo Piguino et Andronico medicus.

Pro reverendo Domino Donato benellio qui constituit procuratorem suum exellentem palladium presentem cun auctoritate jurandi et sustinendi in reliquis in forma presentibus ex. et DCC.DD. Hieronimo pihuino et Andronico medicus.

....

Gli altri decreti contro i cappellani altaristi saranno riferiti nel ~~secondo~~ volume che continuerà la descrizione della I^ Visita Pastorale di Monsignor Matteo Sanudo I.

....

[illegible]

....

[illegible]

....

....

OSSERVAZIONI AL CAPITOLO SECONDO E TERZO

Il capitolo secondo ed il capitolo terzo comprendono gli atti della I visita pastorale alle due Parrocchie di Portogruaro:S.Andrea e S.Nicolò.

Il vescovo conduce una visita minuziosa a volte pedante in queste due chiese. Il motivo è evidente:il trasporto della sede vescovile in questa città.

Lui vuole vedere tutto e conoscere tutto.

Egli vuole che la nuova sede vescovile si trasferisca in una città dove tutto quello che riguarda la vita cristiana sia in ordine.

La situazione che a lui si presenta davanti riguardante le condizioni morali e religiose, specialmente di una parte del clero non è molto confortante.

Alcuni manonici ed alcuni altaristi non si

comportano bene.

Vuole che le entrate e le uscite delle vaie chiese e confraternite siano bene amministrate.

Prima di fare un lavoro di ordine spirituale, egli vuole rinnovare tutto quello che di materiale può riguardare la vita cristiana.

In quelle condizioni, disastrose sarebbe stato impossibile ogni iniziativa di ordine morale.

Quindi lui prima cerca di riordinare ogni cosa dal punto di vista materiale e poi darà principio alla parte spirituale.

In mezzo a tanto grigiore si nota la efficenza della Confraternita dell'ospedale che mantiene un ospizio dove sono ricoverate una ventina di persone.

Leggendo queste pagine si può notare come la visita del de' Nores in queste due parrocchie ebbe scarsi effetti.

Il Sanudo però non si scoraggia e con animo veramente forte e deciso si mette all'opera portando in mezzo a questa cumunità cristiana nuovi fermenti di ripresa e di rinnovamento.

Mi sembra di poter affermare, che da noi il Rinascimento non si è fatto ancora sentire.

Queste comunità religiose, mentre in alcune parti d' Italia il Rinascimento è già verso il tramonto, vivono ancora in pieno Medio evo.

....

I N D I C E

C A P I T O L O   S E C O N D O

C A P I T O L O   T E R Z O

....

....

....

....